



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Censura

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

* Lege Nau. de usur. num. 79.

8. Etiam anno quo nullus colligitur fructus,
soluendus est census.

9. Censum ex utraque contrahentium parte
redimibilem licere, alij aiunt alij negant: ego
concedere non auderem.

10. Vbi Bulla Pij Quinti recepta est, negant
quidam licere censem super persona consti-
tui, alioqui licere, & super persona, & super
communitate, & super bonis incertis, scilicet
possessis & possidendis: alij etiam ubi recepta
est, licere, si sit perpetuus, quod ego non con-
cesserim.

11. Census numeratur inter bona immobilia.

* Lege Nau. de usur. num. 81.

CENSURA, VIDE

Absolutio.

ICENSURA est Excommunicatio, suspensio,
& interdictum: non autem irregulari-
tas, (quæ potius poena est) nec depositio, aut
degradatio, aut cessatio à diuinis.

* De censuris eccl. integra volumina confe-
cere Felicianus Episcopus Scalensis, Grego-
rius Sayrus, Suarez.

* Nau. c. 27. num. 1. ex c. Querenti, de verb. sign.
¶ Irregularitas. ¶ Tol. l. 1. c. 31. n. 2. Cor. p. 3. c. 10. de
censu. ex c. Querenti cit. Sayrus l. c. 1. nu. 18. ¶ De-
gradatio ¶ Tol. l. 1. c. 23. Sot. verò d. 22. q. 3. art.
4. col. 3. irregularitatem ex delicto ortam cen-
suram

suram vocat, à qua quis eximi possit per Iubilæum: idem *Med. l.1.c.11. §.9. & 12. & l.2. c.12.*
Arragon. q. 64. art. 8. Bannes. in 2.2. q. 64 art. 8.
ex Cano.

2 Censuram nemo incurritante annum decimum..

* *Sot. d.12. q.1. art. 11. ver. Sed si: dicit pueros Ecclesiæ legibus non vinciri ante annum 12. & Val. t. 4. d. 7. q. 9. p. 4. Vide confess. 3. contra Sot. Azor. lib. 7. c. 40. q. 6.*

3 Censuræ positæ contra non reuelantes id quod à iudice in eis proponitur, non comprehendunt nec litigantes, nec eos qui probabili-
ter credunt rem illam ab eo qui tenet, iuste possideri, nec illos qui certò nesciunt quoā quæritur, aut, si sciunt, non possunt sine periculo magni dñnni denuntiare. Vi-

- de IV D I C I A L E S ACTVS.

* *Vide Nau. c. 25. n. 46. Fu. ver. accusat. num. 29.*

4 Irretitus aliqua censura, etiam irregularitas ex homicidio, vel excommunicatione, aut suspensione, potest celebrare, ne alioqui infameretur.

* *Nauar. c. 27. num. 239. nam lex naturalis de-
tuenda fama potior est lege humana. cum
Nau. sentit Victor. de excommu. nu. 13. Angles de
Eucharistia pag. 101. Lopez. p. 2. c. 93. in fine. Cordu.
q. 142. tres refert sententias, & pro hac citat
Castro l. 2. c. vlt. de leg. pœn. & Sylu. si hanc se-
queris, infamiae periculum debet esse proba-*

C 5 bili-

biliter certum. *Cou. in c. Almam. I. P. §. 1. num. 3.*
¶ §. 2. num. II. & Graff. l. I. c. 12. nu. 15. Decis. aur.
id non concedunt Sot. vlt. d. 18. q. 2. ar. 5. col. 17.
hoc semel permitteret, ad graue scandalum
tollendum. Addit. 3 Sot., & aliorum opinio
irregularitatem ex delicto censuram existi-
mantium non est vera: vnde neq; auferri po-
test per Iubilæum.

CHARITAS, Vide Correptio,
Eleemosyna, Iniuria.

1 **D**eum ex toto corde diligere, seu su-
 per omnia, ad salutem quidem est
 omnino necessarium: quo vero tempore ex
 præcepto quis teneatur sic cum actum elice-
 re, vt, si non eliciat, peccet mortaliter, non
 conuenit inter Doctores. Illud certè non vi-
 detur negandum, teneri, cùm tenetur conte-
 ri, vt in administratione Sacramentorum ex
 officio.

* Vide *Nau. c. 11. num. 18. Tol. l. 4. c. 9.*

Illud certe. 3 *Nau. c. 1. nu. 27.*

2 **T**enetis in extrema necessitate salutis spiri-
 tualis proximi, pro eo vitam exponere, quod
 si es eius Episcopus, aut Parochus, etiam in
 graui. Itemque teneris pro vita eius expone-
 re bona tua temporalia, tuæ vitæ, aut tuorum
 non necessaria: denique subuenire ei in graui
 eius necessitate, si potes sine magno tuo in-
 commodo.

* *Alzau.*